

3647





26235

1780153.



Inv. nr. 4209

148

10189

98431

... w sklepie z ...



ASSE RTIONES
IVRIS PR VDENTIA

ECCLESIASTICA

De iure non scripto, iure Personarum, &
immunitate Ecclesiastica.

Sub

Felicissimis Auspicis

ILLVSTRISSIMI DOMINI
D CASIMIRI LEONIS
SAPIEHA
PROCANCELLARII M.D.L.
Słonim: Volpen: Luboszan: &c. &c. &c
G V B E R N A T O R I S.

Per


JOSEPHVM BVTKIEWICZ POPVICIEWICZ,
Art: & Philosophiae Magistrum, Iurisutriusq; Auditorem publi-
colum: Viln: f. & c. Disputatione propugnata. *Jan Dziedzic
Presidente* Nobili & Clarissimo
D. ALEXANDRO AARONE OLIZAROVSKI
Juris utriusq; Doctore Principis Neoburgensis Consiliario Iuris Cano-
ni ci Ordinario

P R O F E S S O R E.

In Alma Academia Vilnensi Soc: IESV. Die 30. Mense Junij.

Anno Domini M.DC.XLVII.

Bibliotheca mayne.



DEDICATIO.

NON paucorum sententia, etiam sapientie gloria nobilium criminis absoluere, Illustrissime Domine; si ad te quæ publicarum curvarum ingenti cohorte, quæ dimicationum literiarum monumentis plurimis septum, cum materia præsentis meæ dissertationis accedere veritus, vel subsisterem, vel alio me conuerterem. Equo enim me percussus metu id fecisse omnino quivis pronunciaret, cùm ab viris & numero, & vel necessitatis vi, vel ingenii nomine superioribus, tuum conspectum pridem praoccupatum, nouissimum hodiè me omnibus his inferiorem subire contendere animaduertireret. Verum ego non modo in eius opinionis partes ire, sed neq; in cogitationem, quin granissime in te deliquisse me damnum, defletere animum meum, vallo. Procul exiurbetur eiusmodi sensus; qui tuum magnificentissimum, ac amplissimum animum aliquibus numeris aut vinci, aut circumscribi posse cuiquam suaderet. Prudentissime, atq; adeo verissime senserit: qui omnes & publica, & literaria rei quantumvis crescant numeros tuo potius animo claudi, & circumuallari sentiet. Itaq; paricūlā alacritate ac quispiam aliis nuper, seu ante tot annorum decursum primus, ego hodiè assertiones meas ante tuum conspectum afferro: quia non dubito aquæ me postremum, atq; alios primos amplissimo tuo posse animo capi. Quodsi dederu veniam, Illustrissime Domine; debere te acceptare hoc disceptationum mearum munus nullo negotio argumenta evidenter matria tibi hodiè oblata declarabunt. Transfer, obsecro, paulisper animum tuum in eam, & iuris non scripti, sed consuetudine fundati naturam contemplare; ex mente profecto legum ipse decernes; tuam animi benevolentiam, & propensionem erga Academiam Vilensem iam degenerasse in legem. Confusiudinis leges ratione, vsu, & tempore certo coalescant. Praesto tua hec munificencia, quemadmodum etiam tibi omnia caterarum virtutum decora, sacer-

In 1604

la Academica SAPIEHANIS beneficijs, tempora; anni, dies eorundem
numero censemur. Causa autem equitas, quia tuo fulcita iudicio, quidquid
iuris sancti, ac integri est, secum trahit. Aequa beneficia nemo dubitaret, que
tu impendisses ut talia celebrarent. In Orbis in tuorum encomiorum debitum
transiuit. Sed nec illud me in minorem favoris tui spem erexit: quod munifi-
centia tua sicutum, quamquam non primus, primum tamen; quia primum, &
primo anno in nostra Vniversitate editum, afferam. Amasti causam; & ef-
fectum amabis: quemadmodum tuis passus es auspicijs toto penè triennali cursu
intra terminos Academicos binorum Imperatorum Ecclesie, & Orbis opibus a-
numi, sine dīpendio ditari patieris iisdem inter tuos clientes me annumeratum, in
lucem publicam cum iisdem Pontificijs, Iustinianisq; facultatibus prodire,

Illusterrimæ Celsitudinis tuæ.

Ad dictissimus obsequiis
JOSEPHVS BVTKIEWICZ POPVCI EWICZ,
Ait: & Philosophiae Mag: Juris, Vtriusq; Auditor.



ASSERTIONES EX IVRISPRV- DENTIA ECCLESIASTICA.

De

Jure non scripto, iure personarū, & imunitate Ecclesiastica.

De iure non scripto.

I,



Onsuetudo est ius sine scripto, Moribus vtentium inductum, a dissimulatione, seu tacita voluntate legislatiuam potestatem habentium, vim & auctoritatem habens. b, Necescessario ad illam requiritur rationabilitas, c, actuum inducentium frequentia, d, & definitus temporis fluxus. e, Mores, & consuetudo in stricta significatione ita inter se differunt, ut mos vel usus factum hominis notet, ex quo consuetudo induci solet, consuetudo vero ipsum ius per mores introductum significet. f, Confunduntur tamen haec vocabula non raro in legibus in quibus & consuetudo quandoque nudum factum significat, & usus pro iure consuetudinario accipitur.

a, Inflaminus in §. sine scripto ius venit Institut. *De iure nat. gen. & ciuiti.* b, ibidem, & Harprechtus nam. I. Diodorus Tuldenus Comment ad Inst. cap. 4. Ratio consuetudinis illa est, quia non possunt omnia negotia legibus comprehendi, ideo in causis decidendis ubi non reperitur lex scripta vel reperitur quidem, sed non est in usu, tunc obseruari debet id quod usus approbavit. Mynsing. d, § sine scri-

A

p. 100

pto. num. 1. Harper. §. sequ. num. 4. c. c. fin. Extra De consuetudinibus
et ibid: DD, ac interpres. Caspianus Manzius ad d. §. Sine
scripto num. 5. Matib. Steph. De art. iur. cap. 28. num. 6.
Schneidv. ad eundem §. sine scripto num 4. Conradus Lagus in
Methodo Iuris Civilis parte 1. cap. 5. à num. 1. ad 2. d. Multorum
actuum necessitatem indicat Imp. Insti. d. §. sine scripto quod colle-
git Wesenbeccius ex verbo Tentium Harprechi vero ex verbo Mori-
bus. e. patet id ex Insti. sive d. §. sine scripto. verbo Diuturni mo-
res item ex l. De quibus cum ll. seqq. ff. De legibus. f. Mysing.
Schol. in Insti. lib. 1. De iure nat. gent. & ciuil. tit. 2. num. 7.

II.

Rationabilitas consuetudinis in eo sita est, quod ex una parte utilis sit
bono communi, & ex altera iuri Diuino, aut naturali non sit con-
traria a. Potest esse iusta, & rationabilis consuetudo, quantu[m] legis
bus humanis aduersetur. b. Nihil omnino ipsi officit peccaminosa ei-
ius inc[on]ceptio, si tame[n] excusat a peccato postquam legitimis temporis la-
psi præscripta fuerit. c. In dubio an pro iustitia & honestate consue-
tudinis sit præsumendum non conueniunt Doctores. d. Posteri a suis
maioribus consuetudinem introductam obseruantes a culpa excusantur,
nec solliciti esse tenentur ad inuestigandam iustitiae causam ex qua ini-
tiu[m] duxit, sed iuste eam præsumere possunt. e.

a. Gerson 3. p[ar]t. tract. De vita spirit. anima lect. 4. corol. 13. alphabe-
to 62. lit. P. Supplemen[ti]. Gabriel. 4. Disp: 42. q. 1. ar. 3. dub.
b. Natural. lib. 3. Consil. tit. De censib. consil. 7. num. 3. Beccanus
in summa Theolog. tract. 3. De legib[us] cap. 7. De consuet. q. 6. n. 4.
concl. 3. Thom. Sanchez lib. 7. De impediment. matrim. Disp.
4. n. 14. b. idem citatus Beccan. num. 2. concl. 1. Caiclanus 1.
2. q. 97. art. 3. Sanch. lib. 7. De imped. matrim. Disp. 4. à
num. 14. ad 15. d. Affirmat Franc. Aret. Conf. 23. ad fin. Ra-
nen. De consuet. sec. 2. n. 4. Contradicet. Rosinus de Curte, a-
b[us]q[ue] refert. De consuet. sect. 7. num. 24. e. Caici. 1. 2. quast.

97. art. 3. Supplem. Gabriel 4. Disp. 42. quest. 1. art. 3. dub. 6.
Valent. 1. 2. Disp. 7. quest. 5. punct. 8. § Ex quo patet.

III.

Consuetudo accipitur & genericè, & specificè. Genericè seu impropriè sumpta, consuetudinarium ius, constitutionem, & omnes iuris partes continet. a, Specificè accepta, solum ius non scriptum significat. b, Et diuiditur in vniuersalem, & localem. c, Vniuersalis ab omnibus, vel à multis obseruatur. Localis ad certum locum affixa in vim legis municipalis valet. d.

a, Clarum id est velex cap. In istis. Vbi dicitur: Firmantur leges non si instituta, vel promulgata fuerint, sed si uterum moribus approbentur b, §. Et non. inst: De iure nat. gent. & ciuil. Paul. Lan. cellotus Inst. Iur. Can. lib. 1. tit. 2. De inducen. consuet. c. Hesienensis in summa lib. 1. De consuet. quadrisariam diuidit consuetudin in generalissimam videlicet, & generalem, specialem & specialissimam. Qua diuisio non potest esse non utilis, ad quosdam iecti qui videntur secum pugnare conciliando. d, Cynus & DD. in l. 2. Cod que sit Qua sit longa consuetudo.

IV.

De iure Canonico, & Ciuiili imperiali, ad introducendam consuetudinem, non requiritur ullus actus judicialis modo concurrant necessario ad illam requisita, rationabilitas nimirum, actuum frequentia, & certum temporis spatium. a, In regno Hispano requiruntur duæ sententiæ judiciales ad legittimam consuetudinem decem vel viginti annorum introducendam, siue illæ fuerint latæ contradictorio iudicio, siue non e.

a. Communis opinio est, sufficere duos actus iudiciales cum lapsu decennij, ut votat glos. in l. De quibus. ff. De legibus in verbo inueterata, que

A 2

à multis

à muliis approbatur cum hoc moderamine , ut procedat , quando bini
illis actus , ita sunt notorij , ut verisimiliter in populi notitiam venerint ,
alias duo actus non sufficerent , sed torrequiruntur , ut ex illis tacitus
populi consensus colligi possit , quod prolixius exemplis ostendunt Bartol.
in 2. lect. d. l. de quibus num. 10 Iason ibid. num. 41 Panorm.
in c. fin. Extra De consuet. num. 17. Nostram sententiam iuetur
Ant. Perez in Erotem. sup. Inst. imperiales lib. 1. tit. 2. Caspar
Manzius in iuriis Prolegom. tit. 2. §. 9. De iure nat. gent. & ci-
vili num. 17. Andr. Gaill. 2. Observ. 31. num. 8. Wesenbec.
num. 9. §. Ad inducendam ff. De legibus. Diod. Tildenus Com-
ment. ad Inst. cap. 4. Vasquez Disp. 177. cap. 6. num. 52. Suar.
lib. 7. cap. 11. num. 2. b. Auctores refert idem Vasquez loco pro-
xime citato. c. Consuetudo tunc firmatur contradictorio iudicio ,
quando una pars affert pro se consuetudinem decem , aut viginti anno-
rum , & altera pars negat tam antiquam esse , & postea pars allegans
obtinet. glos. in vitroq; texiu.

V.

Licet iudicis sint partes rationem consuetudinis discutere , & dispice-
re vtrum congruat cum ratione communis legum parente a , tamen
quot actibus consuetudo induci debeat non potest iudex pro suo arbi-
trio definire b , Non sufficit unus aliquis actus in signis , neq; duo , sed
omnino tot requiruntur , quot prudenti populari iudicio apti sunt reci-
pere denominationem frequentium. c .

- a. Mysing. in. Sepe d. §. sine scripto. Inst. De iure nat. gent. & civili num.
4. Wesenb. in paratit. num. 9. ff. De legibus. Harpr. ad d. §.
sine scripto. num. 28. Schneid. ibid. n. 4. Menoch. De arbitr.
judic. q. 1. 2. cent. 1. Cas. 82. b. In contraria sunt opinione
Harprecht. qui negotium hoc , ut pote nulla lege determinatum iudi-
cis arbitrii relinquendum esse putat. Wesenb. in parat. num. 9. ff.
De legibus. §. Ad inducendam. num. 4. Sed melius nobiscum
finit Mysing. d. §. Sine scripto. num. 6. falliq; dicit sententia op-
posta

positi autores, quia index non inducere consuetudinem, sed tantum figurae eam potest. c. Mynsing. ibid. num. 6. Schneid. num. 6. & alij. quia consensus populi debet apparere in debita forma, pro qua ius multitudinem, & frequentiam actuum exigit l. 1. Ibi: Quæ in opido frequenter requeuerit in eodē controversiarum genere seruata sunt. Cod. Quæ sit longa consuetudo.

VI.

VT sit legitimè præscripta consuetudo, de iure Ciuiili Cæsareo sufficiunt decem anni, siue consuetudo inducatur præterius Ciuale, in controversiis à iure Ciuiili non decisis, siue contra leges scriptas ciuiles a, Decennium consuetudinis productivum, incipit numerari à primo die actus, qui præter, aut aduersus iuris scripti dispositionem fit. b.

a, Harprecht iudicis arbitrio tempus consuetudini inducende necessarium statui debere existimat num. 40. similiter & Annon. Perez bac ratione motus, quod consuetudo sit facti qua autem sunt facti, iudicis arbitrio relinquuntur. Nostram assertionem docet Glos. in l. Dinturna. 7. ff. De legibus, & in Rub. Cod. Quæ sit longa consuetudo. Vbi requiritur longum tempus, sed longum tempus dicitur decem annorum ut in princip. De usu cap. in Instit. Simili stylo grammaticaliter & Par. norm. in d. c. fin. De consuet. num. 11. Bart. int. De quibus, ff. De legibus num. 14. Iason ibid. num. 33. ubi communem dicit esse. Duennas regula 13. in prine. Cuiacius Cod. Quæ sit longa consuetudo, maius tempus exigit quam decennij. Glossam secutis sunt multi Dd. inter quos est Schneid. d. 5. Sinescriptio. Instit. De iure nat. gent. ciuili a num. 5. ad 6. b. Notat Bartol. in rep. dict. l. De quibus. Iason ibid. num. 33.

VII.

DE iure Canonum ut introducatur consuetudo præter ius Canonicum satis sunt decem anni, a, at vero ut aduersus idem ius præualeat, qua-

draginta anni sunt necessarij. b. Hæc tamen & superius dicta non debent intelligi de consuetudine iuribus Maiestatis præjudicante ut sunt pedagiorum, vestigium, similiumque onerum impositio: item legitimatio spuriorum in quibus, utroque iure, nec quadraginta anni sufficiunt, sed omnino necesse est, ut origo memoriam hominum excedat. c. De iure Saxonico, siue præter, siue contra ius consuetudo introducatur requiruntur triginta anni, & unus annus, cum sex hebdomadis & tribus diebus. d.

a. Schneid. lib. I. De iure nat. gent. & ciuili tit. 2. ad d. §. sine scripto in Instit. à num. 5. ad 6. b. glos. in c. fin. Extra De consuetud. in verbo legitime in princ. & ibi. Panorm. num. II. c. e. Super quibusdam 26. §. Praterea. Extra. De verborum signification. rex in l. I. ff. De aqua pluni. arc. & in l. Hoc iure § Ductus aqua ff. De aqua quotidiana & astina. Iason in l. De quibus. ff. De legibus num. 35. ubi hoc multis exemplis illustrat. Alexand. Consilio. num. 4. vol. I. incip. visa themate. d. Landrecht lib. I. art. 28.

VIII.

Consuetudo legitimè introducta legem immitatur, a, ius interpretatur, b, vimque legis obtinet, ut secundum illam teneatur iudex sententiam suam formare c non tantum in contractibus, sed etiam in poenis negotia decidendo. d. Denique consuetudo habet potestatem leges humanas confirmandi, vel abrogandi. e.

a. Justinianus §. Sinescriptio. versic. nam diurni. Instit. De iure nat. gent. & ciuili. Beccan. summ. Theol. Schol. tract. 3. cap. 8. q. I. num. 2. c In his. dist. II. l. sed & ea ff. De legibus. c. Diurni. dist. IZ. b. c Cum dilectus. De consuet. l. 26. ff. De legibus. Paul. in l. Minimè. Callistratus in l. si de interpretatione. ff. De legibus. Optima enim, inquit, est legum interpres consuetudo. c. c. Consuetudo. dist. I. & d. l. sed & ea. ff. De legibus. d. l. Quoi si nolit. §. Quia ff. De adilit. edit. Ant. Quia in prænuncia. Cod. ubi

Cod. ubi de crim. e, Eleganter bac de re differit Henr. Canis in summ., fol. 17.

IX.

IN abrogandis legibus, aut Canonibus ea est vis Consuetudinis, ut nihil renereatur etiam illos Canones qui de sacramentalibus disponunt, sed illos penitus aboleat. *a.*, Impedimenta quoque Matrimonij etiam dirimentia, iure Ecclesiastico introducta contraria consuetudo tollit, manente valido, & lictio matrimonij factamento. *b.*

- a.* In opposita est opinione Hostiensis in summ. tit. De secundis nuptijs. num. 3. versu: In aliquibus, &c. Vir. num. 2. Eod. tit. Vbi Henr. num. 2. & c. 1. De sponsalibus in fine. Nobiscum sentit Paludanus 4. dist. 42. q. 3. art. 1. concl. 3. num. 7. Couarun. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 19. b. Pro constanti assuerant, non posse consuetudine fieri ad matrimonium aliquem habilem, qui per sacros Canones habilis ad illud non est. Glos. c. Quod super. De consang. & affin. in fin. verbo non obstante. Et ibi Vincent. & Gofred. Hostien. ibid. in fine & summ. tit. De cogn. spirit. Alexand. de Neno d. c. Quod super. num. 5. & duplice sequenti. Rosella verbo. Impedimentum impedimento primo num. 7. Driedo De libertate Christiana lib. 1. cap. 11. in fine. Nostram sententiam doceat Thom. Sanchez lib. 7. De impedim. masrum. Disp. 4. num. 14. ductus c. fin. De consuet. vbi statuitur generaliter consuetudinem habere vires ad derogandum legi.

X.

Quamvis lex reptobet aliquam consuetudinem tanquam iniquam, ipsique etiam futurae deroget, potest tamen ex noua causa induci consuetudo aduersus illam legem & dispositionem Principis futuram consuetudinem improbantis. *a.*, Confluetudo centenaria aut cuius initij memoria non extat, nimirum censemur sublata, per verba vniuersalia quacumque consuetudine non obstante, nisi exprimatur. *b.*

a, Bart. ad l. si hominem 30. ff. Mandati initio. Abbas cap. At. si Clerici §. De adulteriis. num. 9. De judicij, & ibi addition. ad Felini. num. 3. exponunt quando est causa noua, vel antiqua verisimiliter non cognita. Assertionem nostram docent Abbas cap. ceterum. num. 9. De iuramento calumnia. & cap. 2. num. 8. De probat. & c. fin. num. 24. De consuet. Dominic. c. I. ad fin. De Consil. in 6. & ibi Francus num. 19. in fine Decius cap. 2. De probat in noua edit. num. 68. Rochus De Curie. De consuet. scil. 7 num. II. Ioan. Lupus cap. per vestras De donat. inter virum & uxorem noiab. 3. in princ. 2. & 3. Brunorius, in suo. compendio. litera C. verbo Consuetudo. versu consuetudo etiam futura. Zanaillos in suis quest. pract. q. 704 n. 6.b. Felini. in rubric. De prescript. n. 18 Prob. ad Monach. in cap. I. n. 24. De prescript. in 6. glos. in anth. vt de ceter commut. rei immot. in verbo præsumptione. Gonçal in reg. Cancell. Demens. & altera. glos. 33.

XI.

OPinio afferens posse sufficienter consuetudinem probari per testes singulares, non est probabilis, sed omnino necesse est, testes consuetudinis in tempore, & actuum identitate conuenire. a, Vbi dubitatur utrum vigeat aliqua consuetudo sufficienter probatur si Doctor unus excellens testetur eam vigeere. b.

a, Decius Conf. 215. num. 3. Alexand. Consil. 136. num. 18. idem Conf. 72. num. 2. vol. I. incip. inspecta diligenter. Fallit in notoria consuetudine, qua probatione non eget. Bald. in l. I. num: 5. Cod: Ad Senatus consultum Velleianum. idem in l. si fugitiui. num. 3. Cod. De seru. fugit. Zafius Conf: 5. num. 109. vol: I. b. Bart: repet: I. De quibus: num. 21. q. 4. ff. De legibus: Iason: I. Filius à Patre in princ. num. 27. ff. De liberis & postib. Ant: Goin lib. ¶ I. Tauri num. 4. & multi alij quos refert Mascard, de probat. Concl. 426. num. I. & duplice seq.

XII. Quam-

XII.

Quamvis per non usum non possit introduci consuetudo. *a.* Clerici nihilominus non deferentes tonsuram per tantum tempus, quantum ad præscriptionem consuetudinis iura requirunt, abrogant legem de ferenda tonsura constitutam. *b.*

a. §. *Sine scripto. Verbo: Diurni, & verbo Utentium. Inst. De iure nat. gent. & ciuilis. Martin. Bocanu summ. Theol. Schol. tract. 3. ea. 4. quest. 5. num. 3. concl. 2. b. idem Bocanus ibidem num. 4.*

PROBLEMATA.

1. An iusta sit consuetudo multorum in M. D. L. Dominorum mellis medietatem à sibi subditis exigentium?

2. An Vilhenensis ciuitatis, vbi diebus Dominicis, & alijs diebus festis rustici permittuntur in foro ligna, olera, & his similia vendere consuetudo sit pia, & honesta?

3. An licita sit consuetudo quorundam dominorum rusticos suos punientium si in alia quam sui Domini popina biberint, aut si salem alibi quam apud ipsos emerint?

De Iure Personarum.

XIII.

IVS personarum est status & conditio hominum, secundum, quam in hac ciuiili societate quisq; regitur. *a.* Secundum leges Ciuiiles ius personarum consistit. in libertate, ciuitate, & familia, *b.* Canonica personarum diuisio ista est, quod alij sint Clerici, alij Laici, alij Regulares.

a. Ant. Perez. Inst. Imper. lib. 1. tit. 3. *De iure personarum*, Schneid. Inst. *De iure personarum*, tit. 3. num. 3. b. l. ultima ff. *De capite ministris*. tis. 6.

tis. b. c. Duo sunt 12. q. i. iuncto tit. De regulari. infr.

XIV.

Clerici sunt unum genus Christianorum Diuino officio mancipatum, orationis; & contemplationi deditum, separatum ab omni strepitu temporalium. a. Regulares sunt Monachi, & alij certae religioni adscripti, dicti. à regula speciali quam profitentur. b.

a, d. c. Duo sunt. & c. Clericus. ead. q. i. toto tit. Decret. ne clerici, vel monachi. & tit. infra. De vita, & honestate clericorum. b. De his agitur infra De regularibus.

XV.

Clericorum ordines iuxta Theologos sunt septem, quatuor Minorres, tres Maiores, a, quibus secundum Canonistas additur Clericalis. b, & unus Episcopalis c. Prima tonsura est ordo Ecclesiasticus. Percuttores primâ tonsurâ insignitorum incidunt in canone latæ sententie: Si quis suadens. d.

a, Ita Theologi in lib. 4. Sent. dist. 24. Bellarm. De Clericis lib. I. cap. II. Adde & Concil. Trid. ses. 23. cap. 2. in doctrina De Sacram. ordinis. b, ex c. Cum contingat. Ext. De atate, & qualit. c. c. I. circa princ: dist: 21. c. 3. dist. 84. c. 13. dist. 93. Concil: Trid. d, ses. 23. Can. 6. & 7. d, d. e. Cum contingat.

XVI.

IN Ecclesia tanquam Archirepublica Christi triples sunt Ministri. Deputati tantum, Benedicti tantum, & Clerici. a, Deputati sine villa benedictione, aut consecratione, per solam Canoniam electionem officijs Ecclesiasticis destinantur. b, Benedicti, alij sunt benedictione constituti, alij benedictione ingociati: primi ab omni profanitate secesserunt, posteriores non item c. a, Clerici-

a, Clericorum appellatio generalis est, & pertinet etiam ad eos qui capillo tam
tum iniciati sunt, quinque & coingari Clerici. Rubr. De Clerici coning. l:
3. Decr. tit. 3. b, ex hoc genere sunt Sacrificanti, Psalmista, Crucigeri, Scho-
lare, Ioan. Trzaskovuski Tract. De Sacram. ord. q. 2. c. Idem
Ioan. Trzaskovuski dist: tract: & quest: Huiusmodi plerumq; sunt
Abbates, & ordinaria Abbatisse, præterea omnes Moniales, Presby-
terissa, Diaconissa, omnesq; coenobita, ac Monachi vulgo tonsi ab E-
piscopis dicti.

XVII.

IVS ordinandi Clericos ordinariè est penes Episcopum, a, extra or-
dinariè concedente summo Pontifice aliqui ordines conferuntur etiā
non ab Episcopo. Primam tonsuram de iure communī possunt conferre
Abbates habentes ius Mitræ, & baculi benedicti ab Episcopo. Ex pri-
uilegio Papæ eriam simplices sacerdotes rectè eandem conferunt. b
Hodie per Tridentinum non licet primam tonsuram conferre nisi suo
subdito, c, cui ritè, & licet confertur etiam in aliena diœcesi. d.

a, c. I. §. Ad Episcopum. dist: 25. c. Quamuis dist: 68. Concil: Flo-
ren: in unione Armeniorum De sacra ord: Concil: Trid: ses: 23. cap:
4. §. Proinde & can. 7. De sacra ord: § fin. infra: eod: b. Patet id
ex consuetudine Cardinalium Presbyterorum. Ioan: Andr: in c. I.
num: 13. & 14. De suppl: neglig: prelat: ses: 23. cap: 10. d,
Quia collatio tonsura est voluntaria iurisdictionis Alber: in l. Emanci-
pati sub: num: I. ff. De emancip: Barb: inc: Nonit De officio
Legar: Rebuff in praxi p. I. tit: De Clericis, a, quibus & quomodo
creantur. num: 12.

XVIII.

ORDinibus sacris aliqui sunt inerti iure Diuino, aliqui iure Humano.
Jure Diuino fœminæ, a, & hermaphroditi, b, seu androgini, etiā si
sexus virilis in illis præcellat, item non baptizati c, & baptizati adulti,
inuiti, d, præterea infantes, furiosi, amentes, cæci, & muti, e.

a, c. *Mulieres*: *dist: 23. 2. Tim: 2.* b, *Martinus Nauarrus androginos monstra esse dicit, & Paulus in l. Non sunt liberi.* 14. *De statu hominem lib: 1. in Pandect. tit. 5. Iustin: in l. Quod certatum.* 3. *De postb. hered. Instist: lib: 6 Cod: tit: 29. c. c. 1. c. 3. Ext. De Prasby: non baptizatis.* d, *Thom: Sanch: lib: 7. Disp: 29. num: 5. Iean: Trzaskovski Tract: De Sacram: ord: q. 5. 3.*

XIX.

Ivre Ecclesiastico arcentur ab ordinibus omnes irregulares, cuiusmodi sunt servi propriè accepti. a, *Originarij*, b, *Similiter Curiales*, aut similis conditioni obnoxij, deniq; libertate donati cum retento obsequio temporali manumissori debito. Idem iuris est de criminosis, d, *illegitimis*, e, *bigamis* f, *enormiter deformibus*, g, *claudis*, h, *publicis poenitentibus*, i, *apostatis*, vxoratis, k, & illiteratis, l.

a, c. 1. c. 2. *dist: 54. 6. 1 c. 2. Ext: Deseru: non ordinan.* b, c, *Quis aut. c. Generalis. c. Admittantur. dist: 54. c. c. Quicunq; 54. iuncto c. Nullus, & ibi glos. Ext: Deseru: non ordinan.* d. c. fin. Ext: *De temp: ord: c. si Episcopus. dist: 50. e.e. c. 1. Ext: Defilijs Prasb: f, c. Marium. dist: 33. c. Curandum cum sequenti dist: 34. g. c. fin. dist: 55. adde & c. 2. & ibid: Panorm: Ext: De corpo. vniat: h. e. 10. dist: 55. i. c. Ex poenitentibas. c. Illud quoq; placuit. iuncto c. Incapite. dist: 50. k, c. fin. *De temp: ord: in 6. iuncto c. 4. &c. 5. Extra: De conu. coiug. & qua ibi tradunt DD. 1. d. c. fin: & c. si in laicis. dist: 38.**

De immunitate Ecclesiastica

XX.

Immunitas Ecclesiastica est libertas, ratione cuius Ecclesie, earundēq; personæ, nec non res, ab oneribus civilibus sunt exemptæ. a, *Triplex est immunitas Localis nimirum, Personalis, & Realis, b.*

a, *Toto tit: Ext. & in 6. De imm: Eccl: & passim 17. q. & subin: Cod. De his, qui ad Ecclesias: b, Hen: Canis: summ: Iur: Canon: De imm: Eccl:*

lib:

lib: 2. tit: 24. Paul: Lancell: in suis Canon: Institutu. b. t.

XXI.

Propter localem immunitatem Ecclesiæ tam consecratæ quam non consecratæ, in quibus Divina officia celebrantur, a, cum suo ambitu & cæmeterio, non possunt munis sacerdotalibus grauari, b, non possunt in illis tractari placita sacerdotalia, c & sententiæ ibi latæ omni carent robore firmitatis. d, Flacita Ecclesiastica recte in illis tractantur. e.

a, c. Ecclesia hoc tit: c. Ad bac. De religiosis domibus. e. Nulli 12. q. 2.
b Ioan. And: in add, ad specul. b. t. c. 1. b. t. Gemin. in c. Decet.
num: 12. Franc: & can. t. in 6. d. c. 2. §. Ordinarij b. t. e. 6. Praecepti
2. q. 2. glos: in d. c. 1. in verbo Placitum. b. t.

XXII.

Causæ sanguinis, & in quibus de corporali poena agitur, sub poenis a-
nathematis tractare in Ecclesijs, cœmterijs cum ino ambitu, non li-
cet, a, & negotia in talibus locis aliquo casu confecta, irrita sunt om-
nino, & innalida, b, Processus tamen in domo Ecclesiastica factus
valet. c.

a, c. Cum Ecclesia. b. t. Absurdum enim est, & crudelis, ibi iudicium sanguini-
nis exerceri, ubi est constituta tutela refugij. Ioan: Hono: ab Axel:
totius Iar: Can: compend: lib: 3. tit: 49. num: 4. b, d, c. 2. §. Ordinarij hoc tit: c. Quia constitutio diili. c. Decet: est penalis, & stri-
cte intelligenda Panorm: in d. c. 1. num: 2. hoc tit: & ibid: Ca-
nonista. c. Honor: ab Axel proxime ciuitu.

XXIII.

Ad Ecclesiam etiam interdictam confugientes, quantumvis gratia
delicta perpetrauerint, non possunt tam ipsi, quam bona ipsorum

inde violenter extracti, a, & extracti damnati ad mortem vel, pœnam corporalem etiam verberum. b, Hic tamen fauor non extenditur ad publicos latrones, nocturnos agrorum depopulatores, c, & qui spe immunitatis in cæmeterijs, vel Ecclesijs delinquunt, d, vel alias in Ecclesia, aut cæmeterio sacrilegium fecerunt, e, aut proditione proximum suum occidunt, aut assassinii, hæresis, vel læse maiestatis rei sunt. f. Vt sunt

a, Archid: in c. Reum: num: I. 17. q. 4. c. sicut primo 17. q. 4. c. si quis suadente. §. Qui antem 17. q. 4. b, Archid: in c. Reus sub: num: 2. 17. quest: 4. Pro quo est text: in c. Nullus. & c. Constituimus 17. quest: 4. Zab. in c. Inter alia in 5. quest: hoc tit. c. d. c. Inter alia hoc tit: quod corrigit Anth Demand: Princ: §. Quod si delinquentes, que plures personas excipit. d. c. fin. hoc tit e. c. Frater. & c. Episcopus & o. sequenti 17. quest. 4 Capell: Tholos. q. 423. f. Remig. de Gonn. De imm: Eccl: in fall: ubi ponst 39. fallent.

XXIV.

S Erus propriæ, seu mancipium, fugiens domini sui timore ad Ecclesiam, postquam de impunitate sua dominus eius Clericis iuramentū prestiterit, ad seruitium Domini sui redire compellitur, a, etiam invitus. Idem obtinet in Colono: Ascriptitio, Liberto, ac alia simili persona domestica. quæ conuallatis rebus certis, atq; subtractis, aut se ipsam furata, ad sacrosancta Ecclesiæ loca se contulerit. b.

a, c. Inter alia. §. fin. hoc tit: c. Metuentes. c. Id. constituimus verbo seruus etiam 17. q. 4. b. l. Presenti. §. Cum autem. versu, sane enim si seruus. Cod. De jis, qui ad Ecclesiam configunt. Ratio est, ne patronis seu dominis per eorum absentiam obsequia iusta denegentur.

XXV.

I Vdus debitor æris Christiano fugiens ad Ecclesiam non admittitur, a, Christianus fugiens in Ecclesiam ad declinandum litigium Civile recipitur

recipitur quidem, & intra fines Ecclesiae ab omni violentia tutus est: atramen intra eosdem fines representandus est iudici, ut se possit defendere per se, vel per alium, alioqui contra ipsum proceditur, & distracti hunc bona, si quæ habet, & Ecclesia si quæ intulit in illam, tenetur reddere, & iurare quilibet de Ecclesia, quod non sit conscientius rerum fugitiuia.

a, Cod. De his, qui ad Eccl: confug: l. 1. intellige nisi debita reddiderit universa. Hostien: in summ: lib: 3. De imm: Eccl: num: 8. b, Traditur hoc totū d. l. Prasenti: Cod: cod: §. 1. & sequ: ad de Hostien: proxime citatum.

XXVI.

FACINOROSUS fugiens ad Ecclesiam, & obvium habens corpus Christi a sacerdote delatum, si sacerdotem apprehendat, non debet ab illo abstrahi. a, Ob sanctissimam tamen Eucharistiam in communione perceptam tutus esse non potest, licet consultius sit, ut quo quis die communi- cavit, ad supplicium non trahatur, sed post tres aut quatuor dies. b.

a, Hugo arg: 7. quaest: 1. dicit hoc privilegium esse Ecclesie, & ideo non esse extendendum, quem citat Hostien: in summ: lib: 3. De imm: Eccl: liter: l. Ipse tamen Hostien: ex eiusdēm tanquam favorabile, & merito: quia cum supra dictum privilegium ob honorem Dei, & reverentiam Ecclesie concedatur, ex mente viris est, ut ubi est maior ratio, fortius extendatur. b. Idem Hostien: loco cit: & sic: intellig: 13. quaest: 2. c. fin: arg: ff. De penit: pregn: c. arg: De censurac: dist: 2. c. Omnis homo &c. Tribus gradibus.

XXVII.

CONFINIA Ecclesiarum confringens, aut hominem, vel bona eius inde subtrahens donec dignè pœnitentiat, & quousq; emendet tam laicus, quam clericus, arcetur ingressu Ecclesiarum, a, & nisi quod rapuerat reddat excommunicatur b, immo ipso iure excommunicatus est? Ex-

communia

communicantur ipso facto & illi , qui in Ecclesia, aut claustro, aut intra
immunitatem Ecclesiae, Ecclesiasticis personis , & ministris, aliquam in-
iuriam faciunt. d.

a, c. Frater & c. Episcopus. & c. sequentia. Nullus clericorum 17. quast:
4. b. c. sicut d. I. 17. quast: 4. c. Omnes el: 1. & ibi glos. & c.
Quisquis. § penult: ibi sciat se communione priuatum & c. si
quis suadente §. 1. 17. quast: 4. iunct: c. siquem: & ibi not. De sent:
exc: & c. Engeltrudam 3. quast: 4. d. c. Cum pro causa.
De sent: excom: & ibi Hostien: sub num: I. d. c. Quisquis §. 1. &
2. & d. c. si quis suadente §. 1. 17. quast: 4. l. 10. Cod. De Epis: &
cler: & Auth. ibi posita.

XXVIII.

Clerici & religiosi possunt per Episcopum , vel alios iudices propri-
os ab Ecclesijs arceri , & violenter extrahi , dummodo index Eccle-
siasticus causa disciplinæ, & non odij eos ab Ecclesia arceat , aut extrahat
a. Uiolatio immunitatis Ecclesiasticæ est mixti fori , & à iudice qui præ-
uenit punitur. b.

a, Panorm: in c. Inter alia num: 13. h. t. Assertionem nostram docet : limi-
tationem autem assertio[n]is habet Sylvest[er] in verbo immunitas. 3. ver.
tertiū clerici & religiosi c. Nullus. & ibi glos. in verbo sed non
ne 17. quast: 4. Contrarium tenet Zabarel in d. c. Inter alia in 6.
quast: & ibi Ancar: in fin: Ioan: Andr: num: 4. Ioan: de Anan:
num: 9. Collect: num: 16. pro quibus est text: in c. Constitutus 17.
quast: 4. Diaz in prax: crim: c. 124. c. Definiuit. & ibi Ioan: De
Vijsch: in 1. notab. 17. q. 4. b. c. Definiuit. §. si quis autem auth:
Cassa: Cod: De Sacrosanct: Eccles: iuncto c.) Nouerint. De
sent: Excom:

XXIX.

IN iiciens manus violentas in clericos etiam excommunicatos a. teme-
rē , aut iniuriosas in eos etiam volentes , aut conspuens in faciem , aut
effundens

effundens aquas super eum animo iniuriandi, b, incidet in paenam canonis si quis suadente etiam si laicus religiosum, vel conuersum percutiat ad iussionem Abbatis ex iusta causa disciplinæ, c, aut si laicus etiam Magistratus, vel officialis. d.

a. Franc: Marc: quæst: 609. num: 3. par: 2. glos. in c. Cum contingat in verbo Ordinati & ibi Can: De sent: exc: b Idem Franc: Marc: quæst: 610. 1. 2. glos. in 1. c. si quis pulsatus. De poenit: dist: 1. Innocent: inc. Nuper num: 2. & in o. Contingit: De sent: 2. excom: & utribus DD. c. c. Vniversitatis. De Senen: excomm. d. c. si vergel. 1. §. Officialis. De sent: exc: & ibi Can:

XXX.

CLericus, qui dimisso habitu, & tonsurâ, enormitatibus se immiscet, capi à quoquis homine sæculari potest & necesse tamen est ut captus, honestè, & quam primum deducatur ad iudicem Ecclesiasticum b, non detinendo ultra viginti horas c, Hoc ipsum facere potest & index sæcularis clero de fuga suspecto. d.

a. c. 1. De apostatis. c. Ex parte el. 3. De priuilegiis hominum indulgeri non debet, sed potius obuiari. c. Significante qui matrim: accipi: poss: b, c. Ut fam: De sent: excom: c, si clericos. Eod: tit: in 6. c, o. Cum non ab homine & ibi glos. in verbo: deprehensus legittime. Panor: num: 10. & seqq: c. si clericus in princio: ibi per laicos capi facias & eos carcere includas. d. Myns: Obseru: 65. Ceni: 2. Panorm: in c. Cum non ab homine nasci: 11. & 12. de indic: Anch: Consil: 192.

XXXI.

Ecclæsticæ personæ exemptæ sunt à Pedagijs, Guadagijs, ac Datijjs
a, O iera realia imposta rebus antequam ad Ecclesiam peruenissent
suffert Ecclesia b, sicut subiacet & illis oneribus quæ ex naturali ratio-

C ne in-

ne incumbunt ipsis rebus, ut sunt refectio[n]es p[ro]pter eorum communium, pontium, itinerum, & his consimilia e.

a, c. Super quibusdam. De verborum significatione. b, c. Olim causam
De rest: spol: c. Cum dilecti. De donat: c. Quanta Decensibus.
Innocent. in c. Non minus. num: 4. in fin: hoc tit: Io: Fab:
in l. Placet. in princ. Cod: De sacro san: eccles: l. Idem Julianus §.
Hares. & ibi glos: in verbo solarium. ff. De legibus. late Capr:
concl: 96. num. 37. & seqq: l. 2. §. si quis. ff. Nequid in loco publ:
l Haec tenus. ff. De usufr. l. Quarto ff. De usufr. c. l. ad instru-
ctiones Cod. de sacro sanc[t]o: ecclesiis.

XXXII.

Statuta, & consuetudines contra libertatem Ecclesiar[um], eiusq[ue] personas
inducta, aduersus Canonicas sanctio[n]es, irrita sunt, & ipso iure nulla a,
Statutarij, & scriptores statutorum ipsorum, nec non potestates, Con-
sules, Rectores, & Consiliarij locorū, vbi talia statuta & consuetudines e-
duntur, vel seruantur, nec non illi qui, secundūm ea præsumunt iudicare,
vel in publicam formam scribere iudicata, sunt ipso iure excommunicati,
b, & priuati feudi Ecclesiasticeis. c, Nec euitant istas poenas, licet
in fine statutorum ponat statutum, quod si quae statuta essent edita contra
Ecclesiasticam libertatem, habeantur pro non scriptis. d.

a, Autib: Caffa: Cod: De Sacref: Eccl: b, c. Non erit: & ibi glos. 2.
& Can c. Grauem. De sent: excom: c. d. c. Grauem. in fine d.
Bart: in d. Autib. Caffa: n. 6. Panor: in d. c. Non erit: num: 1.
in fin: & ibi Can.

Ad Maiorem DEI Gloriam, Beatissimæq[ue]; Virgi-
nis MARIAE sine labe originali con-
ceptæ Honorem.

Iure optimo dico, Imprimātur.

BENEDICTVS DE SOXO Soc: IESV,
Sacræ Theologiæ Doctor, & Vniuersitatis
Vilnensis Procancellarius.



Et ego has Theses, subtilem, & diffusam iuris consuetudinarii, personarum, & immunitatis Ecclesiasticae materiam complectentes, ut pote, ex sacris canonibus, & legibus ciuilibus, solidissimè deductas, typo & publicæ concertationi meritò committi censeo.

SIMON DILGER I.V.D. institutio-
num ciuilium Professor ordinari-
us, & Collegij Iuridici pro tempo-
re Decanus.



